Gerardus de Harderwyck; Johannes XXI, Pont. Max. (formerly Petrus Hispanus): Copulata super omnes tractatus parvorum logicalium Petri Hispani et nonnullos modernorum secundum viam Albertistarum / Thesaurus sophismatum circa tractatus Parvorum Logicalium Petri Hispani

[Cologne: Heinrich Quentell], 30 Sept. 1488 / [Cologne: Heinrich Quentell, after 25 May 1495] Seite 217



ſa.in q̄ ſubiectū ꝑ nullo ſupponit.vt chimera eſt nō ens.q꞉ ſꝫ ſm ee s .eē
vt eſſe exiſtentie.⁊ ſic ſeuſus illius eēt ꝙ chimera eēt a pte rei nō ens.Et
ex eodem fundamento dicūt ꝙ nihil ſupponat niſi demōſtrabile ad ſen-
ſum.quod improbatum fuit in ſuppoſitionibus.

Octaua regula eſt.arguendo ab excluſiua affirmatiua ad
ſuam vniuerſalem in terminis trāſpoſitis eſt bona ꝯſequen
tia.Et notāter dico (in terminis tranſpoſitis) vt hoc qđ eſt
ſubiectū in vna ſit p̄dicatuꝫ in alia.⁊ ecōuerſo.q꞉ ſine trāſpo
ſitiōe terminoꝝ nō valet talis ꝯñtia.vt nō ſeq̇tur: tm̄ homo
currit.ergo om̄is hō currit trāſpoſitis terminis valet ꝯñtia
Nā bene ſeq̇tur.tm̄ homo currit.ergo om̄e currēs eſt homo

Cōtra iſtā regulam ſic arguit̄ p̄mo ꝙ non ſeq̇tur ꝓbatur
et ponat̄ caſus ꝙ aliquis homo currat.⁊ ꝙ etiā aliquis aſi
nus currat.tūc nō ſeq̇tur.nō tm̄ homo currit.ergo om̄e cur-
rens nō eſt hō.tamē añs eſt verum ⁊ ꝯñs falſum Reſpōdet̄
ꝙ iſta regula nō tenet vl'iter in ꝓpōibus excluſiuis negati-
uis que exponūtur affirmatiue.vt ſunt iſte.tm̄ homo nō cur
rit.Et tm̄ a nō eſt b.q꞉ nō ſeq̇tur formal'r.tm̄ a non eſt b.er-
go nullū a eſt b:q꞉ arguit̄ a nō diſtributo ad diſtributum

Secūdo arguit̄ ſic.nā non ſeq̇tur.tm̄ aīal fuit homo er-
go om̄is hō fuit aīal:⁊ tamē ibi arguit̄ ꝑ regulā.Et ꝙ nō ſe
q̇tur ꝓbat̄.poſito ꝙ iāꝫ ſit p̄mum inſtās eſſe ſortis.⁊ ſic añs
eſt verū.ſ.tm̄ aīal fuit hō.⁊ ꝯñs falſum.ſ.om̄is hō fuit aīal.
ſed h̄ eſt falſum in hoc caſu.q꞉ ſortes eſt vel fuit hō.tñ nūq̄
fuit aīāl.q꞉ nūq̄ fuit ꝑ caſum Reſpōdet̄ ad hoc ꝙ regula ha
beat veritatē req̇ritur ꝙ nō fiat variatio ex pte ampliatōis
in p̄dicto argumēto.Nā iſte terminus hō in excluſiua q̄ eſt
añs nō ampliat̄.⁊ ꝑ ꝯñs ibi arguit̄ a minus amplo ad ma-
gis amplū cū diſtributōe:que ꝯña nō valet.Tercio arguit̄
ſic.tm̄ creās neccē eſt eſſe deū.ḡ oēm deū neccē eſt eē creātem.
et tñ ibi arguit̄ ꝑ regulā.Et nō ſeq̇tur ptꝫ.q꞉ añs eſt veruꝫ et
ꝯñs falſum.R̄ndetur ꝙ iſta regula patitur inſtātiam in pro
pōibus modalibus.⁊ maxime de neccārio

Ponit ꝯñter octauā regulā q̄ talis eſt arguendo ab excluſiua affir-
matiua ad ſuā vl'em in termis trāſpoſitis eſt bona ꝯña.vt tm̄ hō currit
ḡ oē currens eſt hō.Rō eſt.q꞉ dictio excluſiua poſita a pte ſubiecti agit
in ip̄m p̄dicatū.⁊ ḡ diſtribuit ip̄m.Et optet ꝙ termini trāſponant̄.q꞉ ni
ſi ſic.tūc argueret̄ a nō diſtributo ad diſtributū.q꞉ in añte p̄dicatū diſtri

c i.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-403/0217
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG